



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuritur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

287 Gammarus qui de permut. benef.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

285  
Permutatio  
spiritualium  
nō obstat Re-  
gula Semel  
Deo dica-  
tum.

286  
Permutatio  
spiritualium,  
ut & benefi-  
ciorum, im-  
propriè dici-  
tur Contra-  
ctus permuta-  
tionis.

287  
Gammarius  
qui de permuta-  
tionibus benef.

288  
Do ut des  
facio ut fa-  
cias.

phanæ fiant vel spirituales esse desinant, vel hominibus laicis applicentur, sed ut functionē suam retineant, quantumuis possessorem seu mutantem seu nouū sortiantur, id quod Ecclesiis frequenter est utilissimū. Neque verò promiscuè quoilibet super iis fieri posse contractus asserimus, emptionē certè super spiritualibus nunquam (ne Simon sit in fabula) sed canonicam solemnemque duntaxat permutationem: quæ tamen ipsa permutatio non tam verus est contractus ex nuda solarum partium voluntate dependens, quàm commutatio quædam vel potius rerum translatio superioris nutu facta, mutatis, uti dicebā, possessoribus. Quamobrem & ipsa beneficiorum permutatio profus impropiè dicitur permutationis contractus, cum permutantium partes in illa vix vllæ reperiantur, ut post alios quosdam veteriores Interpp. obseruauit Petrus Andreas Gammarius de Casali Bononiensis in Tractatu suo permutationum seu in Repetitione cap. vnici de rerum permutatione in 6. ad Rubricam num. 75. sub finem, & in explicatione ipsiusmet cap. num. 9. & alibi passim. Quo fit ut nonnulli non contractum permutationis hic agnoscant sed vel contractum *do ut des* vel potius contractum *facio ut facias*, id est, resigno ut resignes. Quanquam ne sic quidem verè contractus duci potest omnino liber & absolutus, cum totus pendeat ex approbatione superioris, non autem ex nuda contrahentium voluntate. Quo quidem in approbationis genere,